



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De illis qui reticuerint peccatum fratris, quod est ad mortem. cxxi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**



misit, quantò tempore hospitibus humanitatem denegauerat, & mandata euangelica iuxta possibilitatem suam non adimpleuerat, nec pedes lauabat, nec eleemosynam fecerat, tantò tempore pleniter in pane & aqua, si non emendet, pœniteat.

*Ut clerici superflua pauperibus erogent.*

Caput CXVI.

Clericus habens superflua, donet ea pauperibus. Sin *Ex eodē*  
autem, post pœniteat tempore quo uiuat, in contritione, in pœnitentia remotus uiuat.

*De illo qui alicui fratri suum imputat peccatum, nisi prius seorsum eum arguerit. Cap. CXVII.*

VI peccatum imputando fratri imponit, priusquam seorsum arguat eum, satisfaciens ei, tres dies pœniteat. *Ex eodē.*

*De illis qui diu reticent peccata sua. Cap. CXVIII.*

Sciendum verò est, quantò quis tēpore moratur in peccatis, tantò ei augenda est pœnitentia.

*De illis qui aliquem in ira percusserint.*

Caput CXIX.

Si quis alium per iram percusserit, & sanguinem effuderit, si laicus est, XX. dies pœniteat: clericus, XXX. Illi autem qui gradum habent, amplius pelli debent. Diaconus sex menses. Presbyter vnum annum. Episcopus duos annos & sex menses. *Ex pœnitentiā Be- da presbyteri.*

*De illis qui ad feriendum hominem surrexerint, volentes eum occidere, sed non potuerunt.*

Caput CXX.

Si ad feriendum hominem surrexerit, volens eum occidere tres hebdomadas pœniteat. Si clericus fuerit, sex menses: quòd etsi vulnerauerit, XL. dies. Si clericus clericum, annum totum, sed & pecuniam pro modo vulneris cui inflixit, tribuat. *Ex pœnitentiā Romano.*

*De illis qui reticuerint peccatum fratris quod est ad mortem. Cap. CXXI.*

Si reticuerit delictum fratris quod est vsq; ad mortē, neq; eū corripuerit, iuxta regulā euangelicā, priusmo inter se, & ipsum solū, deinde inter alios, de *Ex pœnitentiā Theodo.*

PP iiii



D. BURCHARDI. EPIS. VVORMAC.

inde ad Ecclesiam culpam referens, si necesse fuerit, & quanto tempore fuit, tanto pœniteat.

*Quod non liceat diacono, alicui dare pœnitentiam.*

Caput CXXII.

Ex pœnitenti-  
ali  
Romano.

**N**on licet diacono alicui dare pœnitentiam: sed episcopus, aut presbyter dare debet.

*Vt pœnitentia quæ dilata est, cum petita fuerit non negetur.*

Cap. CXXIII.

Ex decre.  
Leonis pa-  
pæ, ca. 22.

**D**issimulatio hæc potest non de contemptu esse remitti, sed de metu grauius delinquendi, unde pœnitentia quæ dilata est, cum studiosius petita fuerit non negetur, vt quoquomodo ad indulgentiæ medicinam animæ vulnerata perueniat.

*De illis qui despiciunt eos qui fideliter agapas fecerint.*

Caput CXXIII.

Ex cōcil.  
Gangrē.  
cap. 11.

**S**i quis despicit eos qui fideliter agapas, id est, conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit communicare huiuscemodi uocationibus, paruipendens quod geritur, anathema sit.

*De illis qui dicunt se non habere peccata.*

Caput CXXV.

Ex cōcil.  
Africa-  
no, ca. 7.

**I**tem placuit, vt quod ait sanctus apostolus Ioannes: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Quisquis sic accipendum putauerit, vt dicat propter humilitatem non oportere dici nos non habere peccatum, non quia verè ita est, anathema sit. Sequitur enim, & adiungit apostolus: Si autem confelsi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Vbi satis apparet, hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici: poterat enim apost. dicere: Si dixerimus, non habemus peccatum, nos ipsos extollimus, & humilitas in nobis non est. Sed cum ait: Nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est: satis ostendit eum qui dixerit se non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.

*De illis qui dicunt sanctos in oratione dominica, dimitte nobis debita nostra, non pro se sed pro aliis dicere.*

Cap. CXXVI.

Ex eodē.  
cap. 71.

**I**tem placuit vt quicumque dixerit in oratione dominica, ideo dicere sanctos: Dimitte nobis debita nostra, vt pro